¶ Quia reuerēdiſſimus et eximius
pater dñs Anthoninus florentinoꝝ archiepiſcopus in ſua ſingl'aris prerogati
ſumma varia diuerſoꝝ doctorū auctētica ſcripta. atq; ad omnez materiam tam
theologicam q̄ canonicam ſentētias. ex doctoꝝ dictis vt muro inuicibili firma
tas. atq; omni diligentia collectas. tam p̄dicantibus q̄ cōfeſſoribus ac cuilibet
pro ſue conſciētie ſerenatione neceſſarias. poſuit atq; cōſcripſit diffuſe p titulos
capitula ac pagraphos ꝓpter dependentiaz ad illam materiā quaz ipſe reuerēdiſ
ſimus pater proſequi intēdebat. Orta eſt non modica difficultas inquirēdi per
totam ſummā eas materias quas vnuſquiſq; ſuo pro libitu inuenire deſiderat.
¶ Neceſſarium itaq; fuit ac perutile ſingulas materias in tota ſumma cōprehenſas
q̄uis nō ſine labore ſub alphabeti ordine collocari vt ſic legētes ex facilitate in
ueniendi optatas materias amplius ad hanc vtiliſſimā ſummā accurate plegē
dam animētur. Continet igitur iſte totus liber quinq; pricipales partes. quaꝝ
due prime. tabule conueniēter nomiari poterūt. Alie aūt tres partes ſub nomie
notularū deſcribunt. ¶ Prima ergo tabula iuxta ordinē alphabeti poſita. cōple
te continet ſm litteras alphabeti oēs materias notabiles in tota hac preclleti
domini Anthonini ſumma diffuſe cōprehenſas. ⁊ ſcietur terminus huius tabu
le ex fine litterarū alphabeti ¶ Secūda tabula in pricipio oſtēdit q̄ ſi preābula
riter loca in quibus inuenitur materia de feſtiuitatibus beatiſſime xpiferi virgi
nis marie ſm eius feſta eo modo quo occurrūt in kalendario. Et pricipaliter po
nitur tabula de hijs materijs que concernūt btiſſimaz dei genitricē iuxta ordiēz
alphabeti. ⁊ incipit in ſexterno L. ſecūdo latere primi folij. ¶ Prima notula q̄
non eſt ſm ordinē alphabeti ſicut nec alie ſequētes continet auctoritates biblie
ſm ordinez textus biblie. que inueniūtur expoſite in preſenti ſumma. Et inceptō
eius pz ex ſupſcriptōe tituloꝝ ſm diuerſos libros biblie. ¶ Secūda autē notu
la ponit declaratōes ſiue expoſitōes ſup epl'as ⁊ euāgelia. p totuz annū debito or
dine. p remiſſiōz ad ea q̄ in hac ſumma continētur vt etiā p̄dicaturus populo ſta
tim inueniat qđ requirit. Et inceptio eius patet ex ſupſcriptiōe tituloꝝ. ¶ Ter
cia aūt notula ponit de quibuſdā ſanctis in particulari ꝺ apoſtolis in cōi. de vno
martire. atq; etiaz de pluribus de confeſſoribus ac virginibus materias in ſum-
ma deſignatas. Et continetur illa notula in vltimis tribus folijs totius libri.
Quas tabulas ⁊ notulas ſi quis diligēter inſpicere voluerit inueiet ſingulares
ac pro om̄i ſtatu hoim neceſſarias materias quas ſe minie inuēturū ſperaſſet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf